



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](#)

placitum uel ad salutem nostram sit idoneum quod postulamus. Nam si ab istarum quap  
libet petitionum petentis intentio discordat, nequaquam in nomine saluatoris postulat: Iohann. 16  
& ictiro non arroget sibi sponsonem dicentis, si quid petieritis patrem in nomine meo,  
dabit uobis. Et in cunctis quidem petitionibus claret patris bonitas, in quinta autem quap  
est, & dimittit nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, bonitas si  
mul & leueritas, quam protinus ita confirmat. Si enim dimiseritis hominibus pec-  
cata eorum, dimittet et vobis pater vester coelestis delicta vestra: si autem non di-  
miseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. [Quam be-  
nebonitas & leueritas prip patris & iusti iudicis per istam conditionem prouidit cunctis  
reconciliationem quæfitur, sicut ipse superius dictauit dicens, si ergo offeres munus tuum  
ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliqd aduersum te, relinque ibi munus  
tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.  
Legimus hunc ipsum dominum, ubi præcepta & iudicia sua populo suo per Moysen  
propofuit, ita dicentem. Qui percusserit hominem uolens eum occidere, morte moriatur  
Qui autem non est inuidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, constitutum tibi locum,  
quo fugere debeat, subauditur, ne propinquus occisi interficiat eum, quod alibi constitu-  
ens plenus edicit. Quæ fortior uel magis munita ciuitas reis ad refugendum esse potuit,  
quam ista coniunctio iustitiae seu charitatis, si non dimiseritis, nec pater vester dimittet uo-  
bis. Quis enim patris huius filius esse uolens, ciuitatis huiuscem uectes & seras effringere au-  
debit, & in eum uindicare qui in illam confugit, cupiendo reconciliari? Igno-  
tur quoniam dixerat superiorius, uade prius reconciliari, & ille por-  
terat causari de difficultate reconciliationis, puta dixisse  
dominum, constitutum tibi locum quo fugere de-  
beas, id est ponam conditionem de peccatis di-  
mittendis, in qua timens incidere fra-  
ter tuus, satisfactionem tuam suscipiat.

Iohann. 16

Matth. 5.

Optima ciui-  
tas refugij, di-  
mittere fra-  
tri, Exodi. 22.

Num. 35.

Matth. 5.  
Exodi. 22.

FINIS LIBRI QUINTI.

## DE GLORIA ET HO- NORE FILII HOMINIS LIBER .VI.



ISERICORDIAM ET VERITATEM  
(ait Psalmista) diligit deus, gratiam & gloriam dabit domi-  
nus. Secundum hoc ueridicum carmen haec loquitur dei  
filius, quæ nunc tractauimus & tractamus, te autem faci-  
ente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera  
tua, ut sit eleemosyna tua in absenso, & pater tuus qui uie-  
det in absenso reddet tibi: Et, tu autem cum orabis, in-  
tra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem tuum, & pa-  
ter tuus qui uidet in absenso, reddet tibi. Ibi misericor-  
dia, ibi ueritas est, quam deus diligit. Et quid nisi gratiam  
& gloriam reddet tibi? Econtra similatores & callidi pro-  
uocant iram dei, qualium uidelicet maximi erant hypo-  
critæ illi scribæ & pharisei, contra quos dicit, Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba ca-  
nere ante te, sicut faciunt hypocritæ. Et, cum oratis, non eritis sicut hypocritæ. In tribus

Psalm. 83.

Matth. 6.

g 3 hicope

LXXVIII. R V PERTI IN MATTHAE. CAP. .VI.

hic operibus ueritatem se diligere testatur, & enim tertium hoc est. ¶ Cum autem ieum natis , nolite fieri sicut hypocrite tristes . Exterminant enim facies suas , vt pareant hominibus ieunantes . Amen dico vobis , quia re ceperunt mercede suam . Tu autem cum ieunas , vngie caput tuum , & faciem tuam laua , ne videaris hominibus ieunans , sed patri tuo qui est in absconso , & pater tuus qui videt in absconso , reddet tibi . ¶ Primus omnium ieunasse legitur Moyse , nam ex quo primus homo continentiae legem trans gressus est , non obaudiens ut ab uno se flegno contineret , nullus recognoscitur , ut per ieunium faciem domini ut cuncti complacaret , quam ille per cibum uetitum inobedient offendit . Nam ille iam dictus Moyse iussus esse non legitur ut ieunaret , sed sponte ieunauit , ut sermonem ex ore dei procedentem , in quo uiuit homo , accipere atque conscribere dignus existet . Rursus ieunauit , ut dimissionem peccati populo impetraret , quemadmodum dicit ipse Moyse . Et prodi ante dominum sicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus , panem non comedens & aquam non bibens , propter omnia peccata uestra , quae gelisisti contra dominum , & eum ad iracundiam prouocasti . Peccatum autem uestrum quod feceratis , id est uitulum arripiens , igne combussi . Est ergo ieunium diuinæ autoritatis res , non quod deus illud præcepit , aut digitus eius in tabulis scripsit , sed quia non sine uirtute dei mortalis homo quadraginta diebus & quadraginta noctibus semel & iterum ieunare potuit , & ieunando multum deo appropinquauit , à quo primus homo manducando nimis longe recessit . ¶ Causam uel intentionem ieunandi Moyse & Helias & Daniel bonam & deo dignam habentes , gloriosum & laudabile fecerunt ieunium ; uidelicet hoc intendentes , hoc expectantes , ut mitteret deus illud quod Abrahæ promiserat semen , id est Christum . Qui ubi uenit iam non sicut ieunandum donec auferretur ab eis , quemadmodum ipse dixit phariseis facientibus quaestione , quare discipuli eius non ieunarent . Nunquid possent filii sponsi lugere , quam diu cum illis est sponsus ? Venient autem dies , cum auferetur ab eis sponsus , & tunc ieunabunt . Causam istam ieunandi non habuerunt nec habent hypocritæ tristes , & tamen ieunauerunt , & ieunant frequenter , defyderium CHRISTI non habentes , & mira uani cordis duricia non nunquam plus ieunando laborant , quam hi qui Christum & uitam æternam defyderant . ¶ Verbum exterminant aliud multum significat quæcum vulgo intelligitur . Exterminatur quippe exul , qui mittitur extra terminos . Pro hoc ergo sermone , demoliriunt semper debemus accipere . Demolitur autem hypocrita faciem suam , ut tristitiam simulet , & animo forte lætante luctum gestat in uultu . ¶ Quod deinde dicit , tu autem cum ieunas , unge caput tuum , & faciem tuum laua : ita ritum provincie Palestinae loquitur , ubi diebus festis solent ungere capita . Præcipit ergo , ut quando ieunamus , lætos nos & festivos esse monstremus . Quid autem faciemus nos , quibus consuetudo non est , nec sicut diebus festis ungere capita . Quomodo faciemus id quod dicit , tu autem cum ieunas , unge caput tuum , ne uidearis hominibus ieunans ? Ergo non superfluum est , anagogicum hic admittere sensum , ut ungere caput nostrum , hoc sit exhilarare cor , quod est principale nostrum , & enim sicut de eleemosyna , ita & de ieunio recte dictum intelligitur . Hilarem enim datorem diligit deus . Denique gaudere in spiritu sancto , hoc est ungi oleo , quia spiritus sanctus oleum dicitur , ut illic , Vixit te deus deus tuus oleo lætitiae præ confortibus tuis . Hoc autem gaudio tunc gaudere possumus , in ieunio , si conscientia nostra testimonium habet , quod inter ipsum ieunium pacatur sponsi , qui ablatus est à nobis , sancto defyderio . ¶ Gaudium istud hypocritæ non quærunt , & iccirco tristes hic dicuntur , illi autem nescierunt , de quibus propheta Zacharias ita loquitur . Miserunt ad domum dei Sarasar & Rogomelech & vires qui erant cum eo , ad deprecandum faciem domini , ut diceret sacerdotibus & prophetis domini , Nunquid fles dum mihi est in mense quinto , uel sanctificare me de beo sicut feci iam multis annis ? Vide licet quia soluta erat captiuitas Babylonica , templumq; manufactum reædificabatur , causam nullam putabant superesse , cur flere deberent aut ieunare . Quasi uero sola captiuitas illa deflenda fuerit , & non potius uniuersalis captiuitas generis humani , quæ in Adam configit

Primus oīm  
ieiunauit Mo  
ȳses.

Deut. 8.  
Exodi. 32  
Deut. 9

Causa ieuna  
di bona & des  
o digna.

Matth. 9

Exterminare  
demoliri.

Vnge caput  
tuum.

z. Cor. 9.  
Psal. 44

ieiunii hypo  
critæ triste.  
Zacha. 7

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI, LIB. VI. LXXIX

contigit: & quasi reædificatio templi illius manufacti malorum omnium finis fuerit, & non potius templum futurum, templum dominici corporis, quod tandem fabricari, & deinde soluit, & post triduum oportebat excitari. Propterea sic responderi debuit, & sic responsum est illis. Cum iejunaretis & plangeretis, in quinto & septimo per hos leptuaginato annos, nunquid iejunium iejunantis mihi? Et cum comedistis & bibistis, nunquid non uobis comedistis & uobis meti pisis bibistis? Quod est dicere, Nonne hoc pacto non dei, sed uelut gloria queritis, dum pro rebus temporalibus, quia defunt sive ut affluant, lugitis & iejunatis, & de regno dei, quod differatur, quod nondum uenerit, non curatis? Non ita, sed iejunium quarti, & iejunium quinti, & iejunium septimi, & iejunium decimi erit dominii luda in gaudium & laetitiam, & solemnitates præclaras, usquequo uenient populi & habitabunt in ciuitatibus multis, & apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium similitudinem uiri Iudei, & cetera. Quod hic in euangelio dictum est iejunanti caput: *Ieiunantibus triplex disticta.*

Est igitur iejunantium disticta triple, dum iejunant alij propter dei regnum quia distracti, & nondum uenit eis per occultum diuinis consilium, iustumq; iudicium: alij propter infauastam memoriam casuum aduersorum, qui circa res temporales acciderunt: alij propter humanæ laudis appetitum, ut glorificantur ab hominibus tanquam iusti, quia misera ambitione repleti sunt. Secundum distinctiones istas sequitur adhortans suos, & dicit. *L* Moltē thesaurez vobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. *T*hesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque erugo nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur. *E*bī est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Nunquid enim thesaurez id solumente est, peccatum congregare? *I*mō & opera qualiacunq; seu bona seu mala facere, thesaurez est. Nam sicut quibonam agit, gloriam æternam thesaurezat, quapropter & de timente domini scriptum est, iocunditatem & exultationem thesaurezat super eum: sic & qui mala agit, recte iram dicitur thesaurezare, unde et *A*póstolus, Tu autem (inquit) secundum dominiam tuam et cor impenitens thesaurezat tibi iram in die iræ. Maxime de bonis hic sensu dñi est, uidelicet de eleemosynis, orationibus et iejunis, quia de his hactenus sermo fuit. Denique qui iejunantes, caput suum non unixerunt, nec faciem suam lauerunt, hi sunt, quorum thesauros in terra thesaurezatos tinea uel erugo demolita est, quia uidelicet ualde timosum caput est et eruginosa facies, ubi totus iejunus fructus est, uideri et glorificari ab hominibus dum propter tristitiam tristemq; uultus maciem, hypocritæ nequam sancti parantur. Econtra qui caput suum unixerunt oleo supradicto, et faciem suam lauerunt, ius illud, Hilarem enim datorem diligit deus, qualium hilaritas est spes que in celo reposa est: hi sunt, quorum thesauros in celo thesaurezatos nec tinea nec erugo demolitur, quia uidelicet ariditas tineæ nunquam contingit caput quod in spiritu sancto delectatur. *Z*Cor. 9.

Fere medijs sunt, quorum iejunū causa terrenum quidem habet fundamentum, sed non aliquaque, non sicut causa hypocitarum, sed simpliciter et penè pueriliter, sicut illi supra memorati, qui soluta captiuitate Babylonia, dum templum reædificaretur, dixerunt. Nunquid rem mihi est in die quinto, uel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Nam et qui eiusmodi sunt, non quidem habent ritè iejunandi scientiam, sed propter hoc non imputamus eis hypocitarum maliciam: quia uidelicet aliud est, propter damnationem temporalium ueraciter dolere, et absque fictione lugere: aliud, sine ulla mentis uel spiritus contritione propter adipiscendam sanctitatis opinionem caput inunctum quasi cicalum contorquere, et sacco et cinere sternere. Sic enim iejunare etiā potuerū crudeles homicidiam ipsa crudelitatis uel homicidiij meditatio. Exempli gratia. Prædicante iejunū (*in Reg. 2*), quid Izabel et sedere facite Naboth iter primos populi et submittite duos viros filios Be'yal contra eum, et falsum dicant testimonium, benedixit Naboth deū et regem, et educite eū, Ibidem. et lapidetur, sic moriatur. Aliud fuit hoc, atque aliud, quod cum audisset Achab servum iejunium mones Heliæ, scidit uestem suam et operuit cilicio carnem suam, iejunavitque et dorso Achab, posuit in sacco, et ambulabat demissō capite, ut malum non induceretur in diebus eius.

g 4 Ibi Achab

Ibi Achab iefunando non quidem hypocrita fuit, thesaurizans sibi aliquid ut diceret do minus, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: ueruntamen hoc ipsum in terra thesaurizauit, ubi fures effodiunt & furantur. Qualis utiq; extitit Iehu, quia uidelicet, quamvis iubente domino deleuerit domum illius, non tamen gloria domini, sed sue cupiditati studuit, quippe cum regnaret non fecit uoluntatem domini, ut uitulos, quos fecit Hieroboam, desereret. ¶ Quid tandem thesaurizare in ccelo? Vel certe quod est illud ccelum in quo nobis est thesaurizandum? Non utiq; ccelum aereum, neq; illud quod secundo die factum est, sicut scriptum est, Dixitq; deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & uocavit deus firmamentum ccelum; sed ccelum tertium, quod in principio factum est, sicut itidem scriptum est. In principio creauit deus ccelum & terram. Ccelum illud inuisibile est, inuisibilis patria spirituum beatorum, diciturq; ccelum celi, quia uidelicet comparatione eius terra est, & hoc ccelum & quicquid uideri potest oculis terrenis. ¶ Quomodo in illo ccelo debemus thesaurizare thesauros? Nimirum iecirco iefunando & eleemosynas faciendo, ceterisq; modis omnibus lugendo, quia illius abijt & nondum redit sponsus, qui ablatus est nobis filii suis. Causa ista celestis est, & proinde qui hanc habet, recte in ccelo thesaurizare dicitur, nimirum tuto in loco, quia fures ibi non es-

Cœli cœli, lo  
cus spiritus  
beatorum  
Geac. I.

Thesaurizan  
tes in cœlo.

Fures olim in  
cceo.

Ezech. 28

Vbi thesaur  
tuus, ibi &  
cor tuum.

Homo p. bos  
na ope redi  
metur in die  
iudicij.

fodiunt, nec furantur, neq; erugo, neq; tinea demolitur. Fuerunt ibi olim quidam fures, scilicet diabolus & angeli eius, qui quasi effodientes diuinitatis honorem furari uoluerunt, sed non ualuerunt: imo quicquid honoris uel pulchritudinis habebant a creatore sibi collatum, erugo & tinea ne quissem hypocriseos demolita est, quia (sicut illi per prophetam exprobratur) in medio lapidum ignitorum ambulauit perfectus in uis suis, quia perfectio fuit hypocrisis, ut uideretur esse quod non erat, altissimo similis, & illa hypocris erugina, tam non splendidus angelus, sed teter est diabolus, tiniosum utiq; præferens caput. Eiusmodi fures ibi fuerunt, sed iam ibi non sunt nec erunt, nec tineam siue eruginem admisit postea, nec admittit unquam illud ccelum casu illorum purificatum. ¶ Illuc thesaurizate (inquit) ac demum familiariter conscientiam cuiusq; conueniens, ubi est enim (inquit) thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quod dictum quale sit ille aliquantis per intelligit per similitudinem sui, qui sollicitudinem habens uoti seu promissi, uel cuiuscunq; debiti necessitate ductus uel commonitus, corde suo illuc saepe respicit, ubi nouit se reposuisse aliquid, per quod se liberare poslit. Et quis eum iure repellere poslit, quin thesaurum suum recipiat, cum uoluerit, uel tempus fuerit? Porro in ccelo nulla unquam iniuria fit, quin cu tempus fuerit, cor eius, id est, ipsem et admissus, accedit illuc, ut fruatur thesauri suis quos thesaurizauit illic. Et interim dum uiuit, semper cor eius illuc est, ubi in manus domini commisit ac præmisit qualiacunq; bona opera, per quæ redimi possit in die iudicij. ¶ Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenue nebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quantæ erunt. ¶ Etenim sensus iste est. Iecirco non dixi sic uniuersaliter uobis omnibus facientibus eleemosynam, sit eleemosyna uestra in absenso. Et, uos autem cum oratis, intrate in cubiculum, & clauso ostio orate patrem uestrum. Et, uos autem cum ieunatis, ingerite capita uestra: sed dixi singulariter, te autem faciente eleemosynam, & cetera, quia uidelicet non omnibus dico hoc, neq; omnibus dicendum est hoc, sed tibi uni vel alteri simili uerbi cuilibet, cuius oculus forte infirmus est, cuius intentio nondum satis firma est. Etenim lucerna corporis tui est oculus tuus, & subaudire debes, quia secundum huius rei similitudinem, lucerna operis tui est intentio tua. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, & subintelligere debes, quia secundum rei huius similitudinem intentio tua fuit absq; hypocrisi & absq; nebula cuiuslibet miseræ vanitatis, tunc opus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: & similius scire debes, quia si intentio tua fuerit in hypocrisi, totum opus tuum tenebrosum erit, siue ieunium, siue oratio, siue eleemosyna sit. Si ergo lumen quod in te est, tenebre sunt, ipse tenebre quantæ erunt. Quod est dicere. Si opera bona, quæ facis coram hominibus, propter hypocrism reproba sunt, ipsa opera mala quæ in occulto sunt quale iudicium me-

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VI. LXXXI.

cum merentur: ¶ Proinde simplicem oculum, id est, intentionē bonam in corde habeas,  
 & quomodo uis fac. Nam fuerit simplex oculus eiusmodi, tunc profecto acceptum est  
 deo quod facis, siue cinere aspergas, siue oleo perungas caput tuum dum ieunias, siue lon-  
 gam siue breuem orationem facias, siue multis uidentibus, siue nullo scientie pauperi ele-  
 mosynam porregas. Hic autem oculus simplex, haec intentio bona est, cupere ut homi-  
 nes opera tua bona uidentes, glorifcent patrem qui in celis est, sicut econtra nequam ocu-  
 los intentio mala est, ambire ut ab hominibus glorificeris: quo fit ut tenebrosum sit quod-  
 cum facis, siue crinis siue oleum in capite tuo sit, siue longa siue breuis oratio tua sit, siue pu-  
 blica, siue occulta eleemosyna tua sit. Interim dum nondum purificatus est oculus, dum  
 scripsi, ut leui uento uel aura miserae uanitatis intentio laedatur, facito (ut dixi) ut non  
 uidearis hominibus ieunans, aut eleemosynas faciens aut orans. ¶ Nemo potest duo  
 bus dominis seruire. Aut unum enim odio habebit, & alterum diliget, aut  
 unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & Mammonae.  
 Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anime vestre, quid manduceritis, neque  
 corpori vestro quid induamini. Hactenus temperandum esse debuit à maligna su-  
 perfuitate hypocrytarum, quorum in ipsa temperantia ciborum grande est intemperan-  
 tia uitii, nunc addit quod adhuc melius & perfectius est, ut hi, qui spiritualibus studijs  
 solum sunt, soluti ac liberi esse cupiant, ab omni occupatione curarum secularium, ab omni  
 sollicitudine rerum quoque uenialium, iuxta illud, Martha Martha, sollicita es & tur-  
 bonis erga plurima. Porro, unum est necessarium, Maria optimam partem elegit, que non  
 inferatur ab ea. Hoc ita incipit. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum os-  
 dio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Hanc genera-  
 lem de dominis sententiam, quam ueram esse ratio sponte concedit, iccirco præmisit, ut  
 speciale oportune subinferret, eadem nixam ueritatis firmitate, non potestis deo ser-  
 uire & Mammonæ. ¶ Sciendum quippe est, quod non idem sit, duobus dominis, ac si di-  
 xisset, duobus hominibus siue duobus regibus aut potestatibus. Nam duobus hominibus,  
 duobus regibus siue potestatibus, potest unus homo seruire, quia possunt duo reges duo  
 principes sibi metu concordes existere, ut fuerunt Salomon & Hiram rex Tyri in uicem coe-  
 derati, & ambobus seruire potuit artifex Hiram in ædificatione domus domini, quem mi-  
 fiteret Hyram prudentem & scientissimum, qui nouerat operari in auro & argento, & æ-  
 re & ferro, marmore & lignis, purpura quoque & hiacyntho & bysso, & coccino, & ad-  
 iuvare prudenter quodcumque in opere necessarium esset. ¶ Porro duobus dominis ne-  
 minem posse seruire, iccirco dictum est ueraciter, quia dominatio superbiæ fastus est, &  
 dualitas dominationis nunquam absque scissura contrarietatis esse potest. Vnde enim do-  
 minus, unus deus est, carteri qui dicuntur dij uel domini, putative dicuntur & non sunt.  
 Attamen uis obtinuit, ut in suo quisq; iure dominus dicatur & sit, ut exempli gratia in  
 suo regno dominus & rex dicebatur rex David. Duo domini tunc ibi esse cooperunt, quia  
 dominationis unitas in dualitatem scissa est, quando filius eius Absolon dominationem  
 contra eundem patrem suum arripuit. Utq; duobus illis nemo seruire potuit. Aut enim  
 unum odio habuit, & alterum dilexit, ut Verbi gratia, Ille Chusai, qui quoniam seruus  
 erabonus, bonum dominum dilexit, & malum odio habuit, apud Absolon degens, & sa-  
 luti David mero artig; amabili artificio consulens ac deseruens: Aut unum sustinuit, & al-  
 terum contempnit, ut ille Achitofel, qui utiq; non dilexit Absolon, sed iccirco sustinuit  
 eum, ut David dominum legitimum contemnere posset. Nunquid enim diligebat aut di-  
 ligere nouerat, qui talia, quæ legimus, illi consilia dabat? Imd & de toto penè Israhel ita sen-  
 tendum est, quod uidelicet neq; Absolon neq; Seba filium Bochri, neq; Hieroboan, cæ-  
 teros reges, quos habuit, dilexit, quippe quos totiens occidit & mutauit, sed ob hoc tan-  
 tum dominationem illorum sustinuit, ut contemnere posset legitimam dominationem  
 dominus David, totiens dicendo, ut scriptura meminit, quæ pars nobis in David, uel que-  
 rareditas in filio Isai. ¶ Non ergo (ait) potestis deo seruire & mamonæ. Hi nāq; sunt duo  
 dñi ualde libi contrarii, sicut veritas et mēdiacū, sicut iustū et iniquū: q; videlicet deus uerus  
 dñs, et hic solus iure dñatur: Mammon aut, id est princeps huius mūdi, falsus est dñs,  
 et inique

Lucæ. 10.

Duobus ho-  
minibus id  
seruire potest  
3. Reg. 5.  
2. Para. 2

Duobus do-  
minis nō ser-  
uire potest  
Ephe. 4.

2. Reg. 16.

2. Reg. 20.

3. Reg. 12.

LXXXII. RUPERTI IN MATTHAE. CAP. .VI.

Matth. 4

& inique dominatur, et omnino mentitur, de omni gloria mundi dicens, quia mihi haec omnia tradita sunt, & cui uolo, do illa, quia non ipse, sed solus excelsus dominatur in regno hominum, sicut Nabuchodonosor dictum est cœlitus, & cuicunq; uoluerit, dat illud. Ihsus duobus dominis nemo potest seruire, ambos istos nemo diligere, ambos istos nemo potest odio habere uel contemnere. Si em̄ dominum uerum diligat, falsum odio habet, ut si prædictus David, qui in psalmo loquitur, iniquitatem odio habui, legem autem tuam dilexi. Si autem falsum diligat, uerum dominum odit, ut Iudæi, de quibus saluator nunc au

Dani. 4.

tem (ait) & uiderunt & oderunt & me & patrem meum, quicq; dicunt iuxta Esaiæ uaticium, Percussimus feedus cum morte, & cum inferno pepigimus pactum, Horribilum est hoc, & ipso auditu nimis asperum quenquam odiſſe deum, & cum diabolo & cum inferno pepigisse pactum, & hoc omnino est impiorum atq; desperatorum. ¶ Porro unum sustinere & alterum contemnere, & non solū sustinere deum, contemnere autem diabolū etiam electis interdum accidit. Exempli gratia, ut ipsiā dicit Dauid. Aliquando em̄ ille diabolū sustinuit, quem nunquam dilexit, autem contempnit, tunc uidelicet quando tentatus est, & in Vrā peccauit. Quare ergo (inquit dominus) contempisti uerbū domini, ut faceres malum in conspectu meo? Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum, eo quod despexeris me, &c. Bonum ergo dominū ipse contempsit, malū sustinens dominū propter emolumētū prauæ delectationis, qui & peregrinus dicitur illuc, eo quod longe sit à ciuitate dei. Quod em̄ dictum est illuc per Nathan, quia diues parcens sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet coniuicium peregrino illi qui uenerat ad se, tulit ouem uiri pauperis: parabolica locutio est, significans qualiter malū dominū sustinuerit, bonū autem contempserit. Rursus uero idem Dauid, malum dominū contemnens, ut in omnibus solitus contemnere fuit, præter illum sermonem Vrā Ethæi, bonum dominū sustinuit, subauditur corripientem, eo quod numerasset populum & dixit. Coartor nimis. Sed melius est, ut incidat in manus domini, multæ em̄ misericordiæ eius, quam in manus hominis. ¶ Quoniam ergo non potestis duobus istis dominis servire, ideo dico uobis, ideo suadeo uobis, à malo domino, scilicet à Mammone tam longe recedere, ut ne saltē solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid induarmini. Multos em̄ sollicitudo ista scandalizavit, ut malum dominū sustinerent, & bonum dominū contemnerent, & non ad horam tantu, sicut scandalizauit tentatio sancti Dauid, sed usq; in finem, sicut Saulem, qui ante illū fuit. Ille em̄ nimis sollicitus de honore seculi & de uita præsentis, malum dominū non solū uiuens inuitus sustinuit propter contemptū domini, uerū etiam in fine uitæ sua uolens subiit, consulendo spiritu Phitonis, & comedendo uitulum quem Phitonissa mulier apposuit. Alius plus, alius minus à curia huius seculi, à sollicitudinibus huius uitæ scandalizatur. ¶ Est quidē licitū & lege cōceilum, habere facultates, prouidere quod domui uel rei familiari necessarium est, inter filios ac nepotes, inter seruos & clientes curare quod dominum uel patrem decet: sed hæc via periculosa est, ne forte dum quasi ex necessitate cœperis, ad hoc peruenias, ut ex amore seruias Mammonæ, id est diuitijs, & non tu t̄ solus, sed illæ dominice tibi, & dum puras ire fortiter contra istū fluminis, uictus cupiditatū seruus ad inferiora deuoluaris. Forte dicas. Si istud perfectionis consilium secutus fueris, si omnisbus quæ possideo uenditis & in pauperes erogatis, t̄ Christe secutus fueris, unde esca, unde uestimentum? Ad hæc inquam. ¶ Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam uestimentum? ¶ Qui maiora præstabit, utiq; et minora præstabat. ¶ Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester celestis pascat illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Si ergo volatilia, absq; cura et erumnis, dei aluntur prouidētia, q; hodie sunt et cras nō erunt, quoq; anima immortalis est, cū esse cessauerint, semp nō erūt: quāto magis hoies, qbus æternitas reprobmittit, de regētū arbitrio. ¶ Nonne in psalmo cantatis, saturabūt ligna cāpi et Cedri Libani quas plantauit, illuc passeress nūdificabunt, Herodij domus dux est eoru, Nolite timere, sub nominib; et verbis illis de uobis prophetia est, quod patri uestro cura sit de uobis, cū pauperes omib; relictis, nullā habentes sollicitudine, quid manducare aut quo iudicii debatis, quāsi passio res fuerit

Psalm. 118.

Iohann. 15.

Esaiae. 22.

Exempla de Dauid.

z. Reg. 11.

z. Reg. 12.

Sollicitudo rei temporalis um scandalizat plerūq;

I. Para. 23.

z. Reg. 24.

I. Reg. 25.

Varia pīcūlo sa i diuitijs

lego t illis

Matth. 19.

Psalm. 103.

Herodius Ch̄s. passer. paupes Ch̄i i monasterijs

resuritus effecti, qui non serunt neque metunt neq; congregant in horrea, & pater ue-  
ster celestis pascit eos. Magister enim uester unus est C H R I S T V S, & hic tanquam  
herodus, aut magna, & fortis ad deuincedum etiam aquilam reginam avium: quamvis  
in celum uolauerit, nihilominus tamen uobiscum est omnibus diebus usq; ad consumma-  
tionem seculi. ¶ Domus huius Herodij uita est apostolica, quā ipse magister uester Chri-  
stus extruxit. Si passeress esse cupitis, si relictis omnibus, hunc magistrum sequi uultis, do-  
mus eius praecedet uolatum uestrum, clamans ad ligna campi, dicens ad Cedros Libani,  
principis potentibus & diuitiis huius seculi. Expandite ramos uestros & suscipite pas-  
seres istos, effundite thefauros uestros, & pascite uoluntarios pauperes istos. Nidificant a-  
pud uos passeress isti, construite coenobia, fundate ecclesias, ubi habitent pauperes isti, ut  
uacet filii uespere & mane & meridie narrare & annunciare, & exaudier deus uocem eo-  
rum, tam pro uobis, quam pro semetipsis clamantium atque exorantium. Quid ergo de  
eis uera solliciti estis, & prae sollicitudine huiusce rei tuq; relictis omnibus, sequi timeas-  
tis? Nonne uos magis pluris estis illis? subauditur passeribus, quorum per similitudinem  
uos inuitauit ad sapientiam fidei. Homo quippe unus ad imaginem dei factus, pluris est,  
plus ualens apud deum, multis & magnis bubalis aut bobus, ne dicam passeribus paruis.  
¶ Quis autem uestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum v-  
num? ¶ Forte enim dicicis. Passeres parui sunt, paruum habent corpusculum, & i c c i r o  
de modico paci possunt: nos autem grandes sumus, & i c c i r o pluribus & grandioribus  
alimentis indigemus. Dico autem. Quis uestrum cogitans potest adjicere ad staturam su-  
am cubitum unum? Noui enim uos, quia dum erubescit alter altero apparere breuior, ex-  
tendit se quisquis ille tiel illa sit, sed quantumcunq; extendat, non potest adjicere ad statu-  
ram suam cubitum unum, & multum est, si per extensionem possit adjicere palmum u-  
num. Cum ergo dicit, quis autem uestrum potest cogitans adjicere ad staturam suam cu-  
bitum unum, & tu respondeas nemo, si quidem nemo potest hoc facere cogitans, facit au-  
tem annos adjiciens & proficiens per naturam de infantia in iuuentutem perfectam, non  
cogitatione, sed posita a deo lege naturae: iterum argueris, quia qui te grandem fecit, &  
celerem ultra quantitatem uel modulum passeris, ipse & escam ibi augere potest ultra  
quod passer necessarius sit. ¶ Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate li-  
lia agri, quomodo crescent, non laborant neque nent. Bioco autem vobis, quo-  
nam, nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnum ex istis. ¶ Quia passeribus propter uoluntariam paupertatem & coelestem conuersationem, ipsi lilijs  
cæteris pulchris floribus similes dicuntur in scripturis propter castitatis pulchritudinem  
cæterarumq; uirtutum pulchram uarietatem. Hinc t Esaias loquitur. Audite me diuin  
fatuus & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem  
flavatishabete, florete flores quasi liliū, & date odorē. Et in Canticis C H R I S T V S  
dicit. Ego flos campi, & lily conuallium. Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter  
filas. Et multa in hunc modum. Congruē ergo dum uictus atq; uestitus interdicit sollici-  
tudinem, ad quorum mitit suos electos conſiderationem, scilicet passerum atque lilio-  
rum, quorum in antiquis scripturis diuina autoritas ascriperat similitudinem. Conſy-  
derate (inquit) lilia agri & cætera, quæ ita concludit. ¶ Si autem foenum agri, quod  
bodie est, cras in clybanum mittitur, deus sic uestit: quanto magis vos mi-  
nime fidelis? ¶ Plane multo magis & subaudiendum est in regno dei. Nam ut isto secu-  
lo sic uerbi uelutinus, pro stuſtitia reputatur, quia nec Salomon (inquit) in omni gloria sua  
cooperatus est, sicut unū ex istis. Quid porrò sibi uult, quod tam acriter edicit, quanto ma-  
gistro minime fidelis? Aut quid est esse minime fidelis? Non enim leuiter aut negligenter  
attendandam est, quod & hic dicit, uos minime fidelis, & alibi collaudat magnitudi-  
nem fidei, ut illuc. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Certos ergo  
terminos nosse cupimus, quos cum attigerit fides, magna sit: cum nondum attigerit,  
parua uel minima sit. ¶ Ne longum in querendo circuitum faciamus, promptum adeſt Exemplū ma-  
gnaculum sive iudicium magnæ fidei, ubi ad Nabuchodonosor regem dixerunt, beatus haec fidei,  
illi tres pueri, eadem hora mittendi in fornacem ignis ardantis. Ecce enim deus, quem co-  
limus, poe-

Matth. 26.

Psalm. 74.

Pauperes Chri-  
stiani agri.  
leg. t Sapientie  
Ecclesiast. 39

Cant. 2.

Matth. 13.

Exemplū ma-

LXXXIII. RUPERTI IN MATTHAE. Cap. VI.

imus, potest eripere nos de camino ignis ardantis, & de manibus tuis rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam exexistition adoramus. In hoc quippe agnoscitur magnitudo fidei, fortitudo fidei, fortitudo fidelis animi, quod cum dixissent, potens est deus eripere nos, addiderunt, qd si noluerit, notum sit tibi rex, quia non colimus, non adoramus deos tuos. Secundum quod exemplum quicunque dicunt, potens est deus, quem colimus, pascere nos, quoniā & passeres pascit: potens uestire nos, quoniā & scenū quod hodie est, & cras in clybanū mittitur, sic uestit: & adhuc adiunct, qd si noluerit pascere vel uestire nos, nihilominus tibi dō Mammon nequam seruimus, immo relictis omnibus ipsum sequemur, non solliciti quid māducemus aut quid induamur: nimicū isti magnae sunt fidei, quia fides illog in futurū totū se extendit.

**Qui sunt minimæ fidei**

**Psal. 72.**

**Psal. 78.**

**Ioh. 6.**

**Iob. 13.**

**Exod. 17.**

**Sabbatismus  
in cōtemplo**

**Luc. 10.**

**Phil. 3.**

**Psal. 143.**

**Ci, cur his indigemus. ex Adam est.**

**Gene. 3.**

¶ Econtra minimæ sunt fidei, quia scandalizantur, nisi à cunctis protegantur vel defendantur aduersis, cun. qd fruantur prosperis, nec putant quod de ipsis deo cura fit, vel quod ulla sit prouidentia dei. Et dixerunt (ait Psalmista) quomodo scit deus, & si est scientia in excelso ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Ergo sine causa iustificauit cor meū, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Tales quiq; quoniā de uictu vel uestitu nimium sunt solliciti, & murmurant nisi fuerint saturati: in ipsa professione perfectoꝝ, qui relictis omnibus Christi sequuntur, recte dicuntur minimæ fidei, congruitq; his illud quod quibusdā ad se ueniētibus ipse dixit. Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia māducastis ex panibus meis & saturati estis. ¶ Certos igitur magnæ fidei, certos minimæ fidei terminos inuenisse nos arbitramur: quia uidelicet hæc dicit & sentit simile quid illi dicit beati Iob, etiam si occiderit me, in ipso sperabo: Hæc autem tale quid, ut eis hoc, timeo & non possum exire a Aegypto, ne aqua penuria patiar, & sitiam in deserto. Magna rea & utilis est, quia nobis intimare molitus, & iecirco non semel dixisse contentus, itaq; actio repetit hoc ipsum, dicens. L. Molite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc enim omnia, gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei, & iustitiam eius, & hec omnia adiicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Suffici die malitia sua. ¶ Quia ualde uile est & necessariū hoc unū, quod est sabbatizare vel requiescere in studio sui & contemplatione uerbi dei, quæ optima pars est, quā (ut ait ipse dominus) Maria elegit, iecirco (ut iam dictū est) non tantū semel, sed & iterum & tertio sententia repetuit de abiiciendo graui onere sollicitudinis, quā uenter indicit, & occasio plerisq; mifera seruitus, ut seruientes Mammonæ, deo seruire non possint. Vbi secundo dicit, nolite solliciti esse, duas rationes continuo subiungit. Hæc enim omnia gentes inquirunt, scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis: Altera terrore cōpescit, altera plena est cōsolationis. Quid enim est dicere, hæc omnia gentes inquirunt, nisi ac si dicatur, eritis enim gentibus similes, quorum deus uenter est, si sollicitudini huic, quā interdicto, postponitis deū. Cum enim dicit, hæc omnia gentes inquirunt, pariter subintelligendū est, & præter hoc seculū nihil amplius querunt. Promptuaria eorum plena sunt (ait Psalmista) redundantia ex hoc in illud, non est ruis na maceræ, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum, & beatū dixerunt populū cui hæc sunt. Hæc enim tanquā beatitudinē summā querunt. Hæc ergo sententia ueluti iurio nos percurrit, & deinde, quoniā uictu & uestitu indigemus, uolens nos omnē sollicitudinē nostra proiecere in eū, quoniā ipsi cura est de nobis, scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Scit (inquam) & bene scit. Quid enim ille nescit? ¶ Causam quoq; ipse scit, puopter quā euenit stud, quod omnibus his indigetis. In parody so erant patres nostri, sola innocentia bene uestiti, ut non indigebant pane, quo nunc in fudore uultus uestri uestimenti, sufficienter solis impleti pomis paradysi. Præuaricati sunt oculis concupiscendo, & ore comedendo fructū ligni uetiti, & extunc omnibus his indigetis, uictu ad repellendā famē, ueltitudinē abigendū frigus, & tegendā turpitudinē. Nunquid uero solūmodo scit, quia indigetis, & non etiā uult, cū sit pater uester, ea prouidere quibus indigetis? Nunquid uoluntas deest illi, nisi uos murmuraueritis, & murmurando cōpuleritis ut uelitis? ¶ Hæc enim paterna eius pro-

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VI. LXXXV

ius providentia testimonium habet ex alijs multis scripturarum locis, quod circa iustos & perfectae fidei viros semper adsit, & nunquam eos derelinquit, & ibi magis utatur uirtute sua, uirtute inuisita, ubi humana sibi prouidere nullatenus potest industria. Exempli gratia. Hellam alibi dominus per angelum, alias rapaces quoq; corui, alibi uidea de parua fastina hydria pauit. Et Heliseus paucos habens panes. Da (inquit ad puerum) populo ut comedat, & comeaderunt & superfluit iuxta uerbum domini. ¶ Quærite ergo (ait) primū regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiçientur uobis. Quid est regnum dei, nisi uerbum dei? Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum uerbum reguntur omnia, & in hoc seruare ut regnare est. Quotiens ergo ad audiendum siue tractandum uerbum dei conuenimus, quotiens lectiones sanctas legimus aut libenter audimus, & eas opere adimplere studemus, totiens querimus regnum dei & iustitiam eius. Et hic quidem dum uiuimus, quezimmo & querere possumus, inuenire autem ad plenū, nisi post hanc uitam non ualemus. Thesaurus est hoc dei regnum in agro absconditus: thesaurus in agro literæ legalisatq; propheticæ, literæ magna ex parte parabolicæ siue ænigmatisca diligenter clausus atq; si gnatus. Hunc thesauros inuenire est scripturas sacras intelligere, & præ gaudio thesauri omnia uendere & emere agrum, hoc est, præ delectatione coelestium bonorum uel regni cœlorum, quale in sanctis scripturis promittitur, omnem sollicitudinem abiecere secundum hoc præfens euangelicum consilium, solumq; earundem amplecti studium scripturarum, ut semper homo sit expeditus ad uerbum dei tractandum siue audiendum. Hoc facite primū, & hæc omnia (inquit) adiçientur uobis. O quantos studium huiusmodi non solù usq; ad sufficientiam horum scilicet uictus & uestitus, uerè etiam usq; ad amplissimos honores cito proœxit. Super salutem & omnem pulchritudinem (ait quidam) dilexi sapientiam, & pro posui pro luce habere illam. Venerant autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nolite ergo solliciti esse in craſtinum. Craſtinus enim dies sollicitus erit sibi. Sufficit diei malitia sua lam semel & iterum dixerat, nolite solliciti esse. Quid adhuc tertio repetit, nisi quia magnum est negotium quod intendit, & difficile ualdeq; operosum est, euellere de profundo cordis nostri hanc radicem amaritudinis, radicem cupiditatis? ¶ Et nota q; terribiliter hac tertia repetitione sollicitudinem interdit. Cum enim dixisset, nolite ergo solliciti esse in craſtinum protinus ait. Craſtinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Audiat hoc homo ille diues, uel quis cungsimilis eius, cui cū fructus uberes ager suus attulisset, cogitabat intra se, dicens. Quid faciam, Deſtruam horreame, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, epulare. Multum ille de craſtino sollicitus erat, qui sollicitudinem suā tam delectabiliter in annos plurimos extendebat. At uero craſtinus dies, non futuræ dico tem⁹ Gene, 30 pas breue aut longum, pro quo solet dici cras, ut illuc, & respondebit mihi cras iustitia mea sed craſtinus dies, ut vulgo dici solet, dies qui non cœtem proximam subsequitur secundū oculum & ortum solis, qui quotidianus est, sollicitus erit sibiipsi. Nam sequitur. Dixit autē illi deus. Stulte hac nocte anima tuā repetunt à te, quæ autē parasti, cuius erunt? ¶ Pura quod dixerit. Stulte quid sollicitus es, non dico in annos plurimos, sed in diem craſtinum? Craſtinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Quod idem uidetur esse, ac si dicatur illi. Craſtinus dies alia sollicitudine plenus erit, non tibi, sed sibiipsi, nec tibi concederet status diei craſtinī, dei mali quicquam habere rationis, ne dicam sollicitudinis, quia sicut Ecclesiastes dicit, necratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas, hac nocte anima tua abs te repetita. Dira occupatio, quæ totum hominem sic inuoluit, ut nec rationis, nec scientie, nec sapientiae solaciū querere uel admittere possit. Aliter. Craſtinus dies, id est, ille qui craſtino die uenit, sollicitus erit uel esse poterit, siue in eo, ut habes Moyses & prophetas auerat illos, siue in eo, ut malora sibi facere cogitet horrea sicut tu cogitasti. Quod si cogitauerit, dicetur & fieri illi, sicut dictum est, & factum illi qui præcessit siue tibi siue alijs. Stulte hac nocte repetunt animam tuam abs te, quæ autem parasti cuius erunt? Nam quod quisq; est feruorum Mamonæ, qui non etiam pridie q; anima eius ab ipso repetatur, & sub ipso fere mortis articulo in annos plurimos male perieuerat sollicitus? ¶ Cū multa his similia

Dei prouideſtia erga pauperes suos  
3. Reg. 17.19.  
4. Reg. 4

Quid ē regnum dei querere.

Matth. 13.

Sapien. 7

Fugienda ſollicitudo diuina  
l'circulo diuinitatium.

Luc. x. 18

Gene, 30

Craſtinus dies  
es sollicitus eſtit sibiipsi.

Eccles. 9.0

Luca, 18

LXXXVI. RUPERTI IN MATTHE. CAP. VII.

S<sub>e</sub>lus anago<sub>g</sub>  
gicus de cras-  
tino.

Psalm. 94  
Hebreo. 4.

his similia de die crastino possint dici, et à prioribus nostris dicta sint, sensus anagogicus magis placet, & expeditius procedit. Nam iuxta anagogen dies crastinus dies malus & maledictus est, diei praesenti oppositus, diei quem benedixit dominus, de quo in David loquitur spiritus sanctus. Hodie si uocem eius audieritis, cuius meminit apostolus his verbis, Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si uoce eius audieritis, nolite obdurare cor da uestra. Videlicet fratres, ne sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatem discedendo à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipos per singulos dies, donec hodie cognominatur, dicitur, hodie si uocem eius audieritis. Ac deinceps. Et quidem ab operibus ab institutione mundi factis, dixit quodam loco de die septimo sic. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursus, si introibunt in requietam meam. Quoniam ergo hi quibus prioribus annunciatum est, non introibunt propter incredulitatem, iterum determinat diem quandam, hodie dicendo in David, &c. ¶ Huic hodierno diei quem bene dixit, & in quo requiescit deus, cor trarius est dies ille crastinus, scilicet diabolus, siue Mammon, contra quem dixerat supra, nemo potest duobus dominis seruire, non potestis deo seruire & Mammon. Nam quæ alium diem putas esse diē illum, quem maledicit sanctus Iob? Aperte enim os suū Iob, & maledixit diei suo, et locutus est, Preat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, & non sit in recordatione, & non illustretur lumine, &c. In illo namque die nascitur omnis homo, quia nascitur in peccato, uiuit in peccato, & moritur in peccato, nisi uisitetur à die isto, die hodierno, sancto et benedicto, et ab hoc uisitatus siue illustratus mutet originem, renouet natuitatem, ut natus in Adam, renascatur in Christo; mortuus peccato, uiuat deo. Dicitur autem dies ille crastinus, eō q̄ interueniente iniquitatibus nostra, ab isto die hodierno sit omnino separatus. Porro non uere est, sed dicitur et uideri uult ille deo. Nam reuera nox est. Propterea sanctus ille maledicens, hoc utrumq; dixit. Preat dies in qua natus sum, et nox in qua (dictum est) conceptus est homo. ¶ Nunc iam dicendum, quomodo si uel non sit sollicitus quis in illum diem crastinum, quomodo ille dies si bimetipſi sit sollicitus, et quomodo sufficiat ei malitia eius. Nam haec tria dixit dominus, nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi p̄si, sufficit enim dī ei malitia sua. Sollicitum esse in illum diem crastinum, est seruire Mammona, seruire cupiditatibus, diligere mundum et ea quæ in mundo sunt. Quid iccirco recte prohibetur, quia sicut profecto nemo potest utrumq; præsentem et crastinum diem simul uidere, ita ne mo potest mundum simul et deum diligere, deo seruire simul et Mammona. Quam ob causam? Crastinus enim (inquit) dies sollicitus erit sibi p̄si. Quid ē crastinus dies sollicitus erit sibi p̄si? Nimirum diabolus, Mammon, siue princeps huius mundi, nihil deo de sua sollicitudine communicabit, nihil eum deo commune habebit. Et quidem si ita dixisset, sollicitus est sibi p̄si, id est esse uideretur, sed futuro tempore dictum, sollicitus erit, hoc plus habet, quia semper ueritatem innuit diuisionis siue separationis: quia sicut nunc est, ita semper et in aeternum à deo diuisus et separatus erit, et absq; ullo fine seorum queret que sua sunt non quae sunt dei, nec ulla unquam res p̄specione deo cupiet rursus cōfederari. Vnde hoc illi. Vnde tantæ separationis perseverantia? Ait. Sufficit diei malitia sua. Quomodo uel in Ezech. 28. quo sufficit huic diei malitia sua? Videlicet in eo ut dicat, nullus ego, deus ego sum, et in cathedra dei sedi et ero similis altissimo, et cætera his similia. Iḡt sufficit (ait) diei malitia sua, id est, hoc superbiæ uidetur, quod sibi sufficiat. Humilitas autem dicit. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et alibi. Satiabor cū apparuerit gloria tua. L. Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueris, iudicabimini, et in qua mensura mensurabitis, remetetur vobis. Non mandatum nouum est hoc, sed mandatum uetus quod ab initio audiimus. Nam per Moysen dixerat hoc idem dominus. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo sed publice argue eū, ne habeas super illo peccatum. Deniq; qd de iudicii odio dominus hic dixerit, nolite iudicare, ut non iudicemini, et cætera quæ iam dicta sunt, protinus manifestat, cum dicit per similitudinem huiusmodi. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem que in oculo tuo est non vides? Aut quomodo dicas fratri tuo, siue eijs

Dies crastinus  
cui maledixit  
Iob, Māmō ē,

Iob. 3.

Aperite enim os suū Iob, & maledixit diei suo, et locutus est, Preat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, & non sit in recordatione, & non illustretur lumine, &c. In illo namque die nascitur omnis homo, quia nascitur in peccato, uiuit in peccato, & moritur in peccato, nisi uisitetur à die isto, die hodierno, sancto et benedicto, et ab hoc uisitatus siue illustratus mutet originem, renouet natuitatem, ut natus in Adam, renascatur in Christo; mortuus peccato, uiuat deo. Dicitur autem dies ille crastinus, eō q̄ interueniente iniquitatibus nostra, ab isto die hodierno sit omnino separatus. Porro non uere est, sed dicitur et uideri uult ille deo. Nam reuera nox est. Propterea sanctus ille maledicens, hoc utrumq; dixit. Preat dies in qua natus sum, et nox in qua (dictum est) conceptus est homo. ¶ Nunc iam dicendum, quomodo si uel non sit sollicitus quis in illum diem crastinum, quomodo ille dies si bimetipſi sit sollicitus, et quomodo sufficiat ei malitia eius. Nam haec tria dixit dominus, nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi p̄si, sufficit enim dī ei malitia sua. Sollicitum esse in illum diem crastinum, est seruire Mammona, seruire cupiditatibus, diligere mundum et ea quæ in mundo sunt. Quid iccirco recte prohibetur, quia sicut profecto nemo potest utrumq; præsentem et crastinum diem simul uidere, ita ne mo potest mundum simul et deum diligere, deo seruire simul et Mammona. Quam ob causam? Crastinus enim (inquit) dies sollicitus erit sibi p̄si. Quid ē crastinus dies sollicitus erit sibi p̄si? Nimirum diabolus, Mammon, siue princeps huius mundi, nihil deo de sua sollicitudine communicabit, nihil eum deo commune habebit. Et quidem si ita dixisset, sollicitus est sibi p̄si, id est esse uideretur, sed futuro tempore dictum, sollicitus erit, hoc plus habet, quia semper ueritatem innuit diuisionis siue separationis: quia sicut nunc est, ita semper et in aeternum à deo diuisus et separatus erit, et absq; ullo fine seorum queret que sua sunt non quae sunt dei, nec ulla unquam res p̄specione deo cupiet rursus cōfederari. Vnde hoc illi. Vnde tantæ separationis perseverantia? Ait. Sufficit diei malitia sua. Quomodo uel in Ezech. 28. quo sufficit huic diei malitia sua? Videlicet in eo ut dicat, nullus ego, deus ego sum, et in cathedra dei sedi et ero similis altissimo, et cætera his similia. Iḡt sufficit (ait) diei malitia sua, id est, hoc superbiæ uidetur, quod sibi sufficiat. Humilitas autem dicit. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et alibi. Satiabor cū apparuerit gloria tua. L. Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueris, iudicabimini, et in qua mensura mensurabitis, remetetur vobis. Non mandatum nouum est hoc, sed mandatum uetus quod ab initio audiimus. Nam per Moysen dixerat hoc idem dominus. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo sed publice argue eū, ne habeas super illo peccatum. Deniq; qd de iudicii odio dominus hic dixerit, nolite iudicare, ut non iudicemini, et cætera quæ iam dicta sunt, protinus manifestat, cum dicit per similitudinem huiusmodi. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem que in oculo tuo est non vides? Aut quomodo dicas fratri tuo, siue eijs

Philip. 2.

Ezech. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

z. Cor. 3.

Psalmm. 50.

CA. VII.

Leuit. 19.

Ezechiel. 28.

Isaiae. 14.

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VI. LXXXVII

sine, ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trab est in oculo tuo. Hypocrita, ejice  
patum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris  
tui. Ilgitur quod dicit, nolite iudicare ut non iudicemini, hoc dicere est, nolite in iudicant  
do habere odium in cordibus vestris. ¶ Nam ut omnino non iudicemus sive arguamus uel  
corripiamus, & euangelica simul & legalis simul repugnat autoritas. Legalis, ut eodem ca  
pitulo, protinus cum dixisset, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, subiunxit, sed publice  
argue eum, subaudit haec intentione ut uelis eum lucrari, quod non est odij, sed dilectio  
nis. Euangelica ut illic. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum  
solum: Si te audierit, lucratus eris fratem tuum: Si autem te non audierit, adhibe ad huc uel  
num recum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quid si nec eos  
audierit, dic ecclesie. Simul & hoc euangelica suppleuit autoritas, quod in legali minus ap  
parebat, quia uidelicet legalis hoc tamquam dixit, sed argue publice; euangelica uero perscrips  
pit, quali ordine debeas ad hoc peruenire, ut arguas publice, sive dicas ecclesie peccatum  
quod non est publice admissum, sed te solo sciente. Cauendum est ergo iudicium, quod ex  
odij radice procedit: & si non amore iustitiae, at saltu metu uicissitudinis iusta, quam pro  
tius subiungit. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Etenim si per odij, non cau  
fe, sed persona iudicaueritis, iudicabimini & uos, iudicio non dilectionis, sed odij dei, qui  
odit omnem odiosum iudicantem, in modo & omnes odisti (inquit Psalmista) qui operantur ini  
quitatem. ¶ Veruntamen haec & cetera ferent omnia maxime contra scribas & phariseos,  
hypocritas dicuntur, ut ab illorum similitudine quam longissime recedant, qui discipuli  
ueritatis esse volunt, & Christiano nomine censemur. Illi namque tunc temporis male iudic  
abant, & iniqua mensura metiebantur, peccatores & publicanos cödemnantes, & ipsum  
dominum reprehendentes, pro eo quod illos suscipiebat, secundum coniungebat illis & dicebant.  
Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, & his similia. Profecto ipsi potius erat  
iudicandi, quia peccatum illorum tanto maius erat peccato publicanorum & meretricum  
quanto magnitudo trabis paruitate festucae maior est. Proinde cuiilibet eorum aptissime  
dicit. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides?  
Huic simile hoc est. Quid ignorantiam publicani detestaris, ut dicas, uerbi gratia, sed turba  
haec, quae non nouit legem, maledicti sunt, non attendens odium quod in corde habes, qua  
uidisti & odisti & me & patrem meum. Non solum autem me uel patrem meum, uerum  
etiam qualemcumque fratrem odisti, hoc est trabem in oculo habere. Quomodo ergo dicas  
fratru, sine, ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trab est in oculo tuo? Et forte quod  
uides aut uidere te putas in oculo fratris tui, non festuca, sed festucae umbra est: tu autem  
male uides, & male discernis, quia trabem in oculo tuo geris. ¶ Sed esto, ut ueraciter festu  
ca sit in oculo cuiuscumque fratris, festuca irae repentina, sive concupiscentiae subito irruen  
tis, sicut fuit in oculo David, quando iratus propter maledicta Nabal, semetipsum uelut scel  
uoluit; quando uxorem Viriae Ethae lauantem se de solario prospiciens uidit & concipi  
vit. ¶ Tu cum sis quasi Semeli, quomodo de eiusmodi festucis iudicare tel consilium dare  
poteris, aut istud conuenientib; tantam habent in oculo tuo trabem odij, ut maledicens &  
lapides mittens terramque spargens dicas tale quid, ut est hoc, egressore uitri sanguinum &  
vitri Belial, reddidit tibi dominus uniuersum sanguinem quem effudisti. Nempe etiam si mihi  
tuis loquaris, cum tua trabe inueterati odij, ut dicas tale quid, ut est hoc: In crepationem ergo  
go ne reprobes domini, quia ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt: si  
ue illud. Non ergo te supererit ira, ut aliquem opprimas, nec multitudine tal locorum inclinet  
te. Dicentur tibi. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc uididis ejicere fe  
stucam de oculo fratris tui. ¶ Denique quia sapiens Abigail, uxor Nabal insipientis et stulti  
ti, trabem eiusmodi non habuit in oculo suo. Iccirco perspexit et perspicere potuit, qualis  
ter ejeret festucam de oculo David repente irati, quod et fecit ratione huiuscmodi. In  
meo omnia quae locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cor  
dis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Ille namque  
purgato statua oculo, id est, sedato in tempore, dixit ad Abigail, Benedictus dominus deus.

b. 2 Israhel

Quid arguens  
dus est frater,  
no ex odio, sed  
ex dilectione  
Matth. 18,

Psal. 5  
Scribe & pha  
risae hic pœ  
pue reprehœ  
duntur.

Matth. 9,

Iohann. 7,

Festuca in ocu  
lo David.  
I. Reg. 25.  
z. Reg. 11.  
z. Reg. 16.  
Trabs in ocu  
lo Semei.

Iob. 8.

Iob. 36.  
al's t' dono.

Abigail recte  
ejecta festuca  
de oculo Da  
vid.  
I. Reg. 25.

LXXXVIII. R VPERTI IN MATTHAE. Cap. VII.

Israhel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Vnde de illa secundum nomen suum Abigail, quod interpretatur patris mei exultatio, memoriale exemplum esse debet omni animæ fidelis, quatinus studeat paci, & reconciliet sine misericordia iratum quemcumque potest, ante effectum uel opus peccati, quod siue trahit ab oculo sua non habuit, ideo perspexit & perspicere potuit, qualiter festucam peccati, quod percepit, cupiscentia commiserat David in uxorem Virgine Ethæi educeret de oculo eius, incipiens do ita quasi de alio loqueretur, & ad hoc illum suauiter perducendo, ut diceret ille peccatis peccauit domino. Porro supradictus Semei, quia magnam habebat in oculo suo trahit, non solum non eduxit festucam, tamen tunc erat in oculo David, uerum etiam zelus iusti longæuum siue diuturnum iniecit ignem, ut mox dormiturus cum patribus suis, diceret ad Salomonem filium suum. Quia descendit mihi in occursum, cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum dicens, non te interficiam gladio, tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quæ facias ei, deducesque canos eius cum sanguine ad infernum.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .VII.

Modus specialis q[uod] de ho[m]ini] cōuenienter loquitur.

Cant. 2.

Ibidem.



Autor iste nō potuit nō scribere sicut & Hieremias

Iob. 4.

Ecc. 10.

Hiere. 20

XPERIMENTO DIDICI, SED HOC ipsum timens confiteor, confitens timeo, quia didici & expertus sum quippiam, licet exiguum, de modo quodam diuinæ locutionis, qua dilectis sanctis & dilectis loqui solent animabus, sicut audiuimus in Canticis, dum qualibet illarum dicit. En ipse stat post parietem nostrum, respicere per fenestras, & dilectus meus loquitur mihi. Surge propterea amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Item hoc ipsum repetens, surge amica mea, speciosa mea, ita subiungit. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et quæ me necessitas cogit istud confiteri, quod tale quid experientia didicerim? Existimo nonnulla, quia peccat aliquis, dum pene scandalizatur in me, hoc ipsum quod scribo, quod scripturarum mysteria pertraeo, præsumptioni reputans & uanæ gloriæ, & subsannando queritans, quid opus sit ut scribam istis, cum sancti patres tam multi ante nos tam multa tamq[ue] sufficientia scripserunt. Quid igitur? Scribam ne etiam illud experimentum dilecti, quomodo dicat, surge propterea, quomodo dicat, sonet in auribus meis vox tua? Vere non ausim, sed hoc tibi ò amice, qui & ipse me ad scribendum saepehortaris, in aurem dicere non ueritus sum, nec uerebor si iteret audire uolueris. Quæ teris dico & hoc dixisse satis sit, quia reuera et iam si tacere siue a scribendi studio cessare uolero, non ualeo, & hoc non concedi mihi scio & bene sentio, & hoc gaudeo. Veracem est se didici, si uirtutem discretionis habuisset, amicum beatu Iob, ubi dixit. Sed conceptum sermonem tenere quis possit? Et quidem conceptum sermonem superfluum siue malum non posse tenere, uiciosum est & stultum, iuxta illud sapientis, sagitta infixa in scurore canis, sic uerbum in corde stulti: sed contra conceptum sermonem bonum & necessarium non posse tenere gloriosum, quemadmodum Hieremias tenere non ualens, cum dixisset, & factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisionem tota die, & dixi, non recordabor eius.